Incipit liber de virtutibus Gemarum Et lapidum
Et sigillis eiusdem Arnoldi lure Magdeburgensis

a d tollendas plurimorum ambiguitates Et errores de gemis lapidi-
bus Et sigillis eorum Et virtutibus communi omnium utilitati laborare
namque Que utiliora meliora notabiliora ab aristotele Et Aaron
Et Enate Rege Arabum Et dyascorides sparsim tradita sunt excepi
Et tam rudibus Quam provectis lapidarum sub brevibus ordinem Et
naturas narrabo Sicut expertus sum in eis Que proprietas in lapidibus
est Que mali complexioni est attributa Sed cum prima simplicia
mixta sunt Et ex eis sit virtus una Sicut virtus attractiva In Mag-
nete Quod ferrum ex uno angulo non trahit Et ex alio angulo ipsum
fugat Sic et virtutes specifice sunt varie Ac diversis gemis lapidibus
Et eorum sigillis attribute.

a lbestion lapis Est color ferreus de arabia transmittitur Eius virtus
est una Accensus semel numquam extinguitur.

a bsictos gema Est huius color niger Est distincta rubeis guttis Vir-
tus eius est una Calor septem diebus Sit in eo mensurus.

a labastrum est lapis candidus Cinctus variis coloribus Ex hoc
conficiuntur vasa Que unguenta custodiunt per optime incorrupta
Ille lapis conservat Amicitiam. Et valet ad victoriam obtinendam
Et probatissimus ex india transportatur Ut dicit Bartho de
proprietate eorum.

a girites Est gema Argento similis habens stigmata Aurea.

a strion Est gema Indica Cristallo propinquatur dicitur Albasius.

a sterites Est gema candida Inclusus continens lucem sicut stellam intus
ambulantem.

a damas lapis Est obscurior Cristallo huius color fulgens Hic nec ferro
nec igne solvitur Sed hircino sanguine vel plumbo Et ferrum penetratt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpg263/0327
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert von der
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG